



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDLXXXIV. Ablassbrief des Bischofes Arnold für die Capelle des Dorfes Rodelin, vom 30. April 1479.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Nos vero Arnoldus episcopus ante memoratus Attendentes, quam veneranda, quam denique omni laude dignissima sit virgo virginum, genitrix verbi dei, sine cujus intercessione et patrocinio impossibile est offerre deo quisquam grati et accepti servitii, cum thronum ejus majestatis coram accedere plurimum indigni sumus atque affectum dictorum petentium pium magis confirmandum quam infirmandum fore ac ad divini cultus augmentum se extendere, Supplicationi ipsorum tanquam juste non immerito favorabiliter inclinati dicti altaris ad prefatas horas beatissime virginis marie assignationem Ceteraque omnia et singula in sepedictis foundationis literis premissis quomodolibet contenta rata et grata habentes ac grato animo amplexantes ea ratificamus, auctorifamur et approbamus ac auctoritate nostra ordinaria perpetuis temporibus inconvulsa permanenda, dei nomine in hiis scriptis confirmamus. Si quis autem contra premissa vel aliquot premissorum ausu temerario facere presumpserit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apostolorum ejus, nec non nostre Jurisdictionis se noverit incurfurum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras confirmationis literas jussimus et fecimus Sigilli nostri appensione roborari. Datum In castro nostro Sejeser, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, feria sexta post francisci. Hujus autem nostre confirmationis testes sunt Venerabiles, honorabiles et validi domini magistri Petrus cleynsmedt, noster in spiritualibus vicarius, Jacobus wolterstorpp, Curie nostre Officialis, franciscus derentyn, Nicolaus herman, Johannes dyuitz et palmus brenthe capellani, Hinricus tzigelheym advocatus, Conradus hartwich, Georgius Borghstorpp, Jacobus de Badinghen et alii quam plures familiares nostri fide digni.

Johannes Benedictus, Notarius ad premissa.

Nach dem Originale.

Anm. In die Zeit der Stiftung dieses Altars in der St. Gotthardskirche gehört auch folgende in dieser Kirche befindliche Inschrift: Consecratum est hoc altare ipso die Amalberge virginis per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Arnoldum Episcopum Brandenburgensem in honorem sancte et individue trinitatis, Luce evangeliste, Dionysii, Rustici et Eleutherii. Gedruckt im Brandenburg. Aug. 1810. 78 St. S. 311.

CDLXXXIV. Ablassbrief des Bischofes Arnold für die Capelle des Dorfes Rodelin, vom 30. April 1479.

Arnoldus, Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Brandenburgensis, Universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem et sinceram in Domino caritatem. Splendor sempiternae glorie, qui mundum sua ineffabili claritate illuminat universum, pia vota fidelium de clementia majestatis sue sperantium tunc precipue digno favore prosequitur si sanctorum precibus et meritis adjuvantur. Nos igitur justis precibus devoti et fidelis populi in villa Rodelin nostre Brandenburgensis dioecesis pro cujusdam capelle prope et infra eandem villam Rodelin, infra limites ecclesie dicte parochialis, edificationem inclinati, ut ibidem eandem capellam ad laudem omnipotentis Dei, nec non ad honorem sancte crucis Christi crucifixi, ac annunciationis gloriosissime virginis Marie genitricis Dei, Johannis Evangeliste infra octavam nativitatis Christi, Bartolomei apostoli, Michaelis archangeli, Marie Magdalene et Valentini Martiris patronorum erigere, edificare et constituere, et ut ea constructa in eadem in altari portatili super tabula consecrata

ac decenter ornata, usque ad beneplacitum nostrum celebrare sancte possint, presentibus favorabiliter indulgemus, Ita ut eadem ecclesia congruis honoribus ab hominibus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus fidelibus, qui prefatam ecclesiam ad laudem omnipotentis Dei, nec non ob honorem patronorum predictorum fundatam, causa peregrinationis devote acceperint, aut cimiterium eiusdem transiverint, ac pro fidelibus vivis et defunctis Deum gloriosum oraverint in prefatis patronorum festivitibus, nec non feria secunda pasche, feria secunda penthecostes, trium Regum, corporis Christi, singulisque diebus dominicis et sextis feriis per anni circulum occurrentibus infra hanc capellam extiterint, et quinque pater noster cum oratione salutationis angelice videlicet quinque ave Maria ad honorem et reverentiam quinque vulnerum Jhesu Christi devote ad genuflectionem dixerint, vere penitentibus, confessis et contritis de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi de quolibet vulnere quinque vulnerum Jhesu Christi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, omnibusque Christi fidelibus, qui manus adjuvantes ad structuram eiusdem capelle porrexerint, nec non ornamenta ad divinum cultum spectantia, libros, calices aut lumina dederint, Etiam qui in festivitibus supradictis in prefata capella ad honorem eiusdem patronorum missam vel alia opera divina videlicet verbum Dei audierint et quicumque . . . totidem ave Maria dixerint intra vel extra prefatam capellam constitutis, infra elevationem corporis dominici de quolibet patrono et quolibet vulnere quinque vulnerum Jhesu Christi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus perpetue durantes. Datum in castro nostro Sejeser, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, feria sexta post Dominicam Misericordias Domini, nostro sub appenso sigillo.

Gercken's Stifts-Historie S. 739—741.

CDLXXXV. Bischof Arnold versichert und vermehrt das Silbergeschirr des Stifts und fundirt dadurch zugleich seine Seelmesse, am 11. August 1480.

Wy Arnold, von Godes gnaden Bischof tho Brandeburch, Bekennen vor uns und unse nakomelinghe ja dissen unferen apen briffe vor allen dy ehm syn edder hören lesen, dath wy medt wolbedachtem mude und sulbordt unfer liuen andechtigen herren Nicolaus Cock prowefstes Herrn Buffen von Badingen priorfs und gemeynen herren des Cappittels unfer Kerken Brandeborch vorkofft hebben und medt Krafft dessen brifes vorkopen Unsen liuen Andechtigen dem Prior und Conventes herren unfer vorgescreeuen Kerken to Brandeburch twe scock grofschen merkescher Weringe alle Jar up sunte Mertens Dage zu unfer procuration, dy to Brandenburg In der nyenstadt gegewen wardt effte in der orbeden to Cotzin edder in unfer wiffesten renten, wan sy dy liweste upnhemen willen, vor twe fuluern becken, teinen fuluern vathe und twe fulueren falsen, dy an der wicht hadden ane eyne halwe margk firtich fyne margk, dy sy uns ja unse hewende were geantwordeth hebben. Sodayan genanth fuluer hebben wy medth rade des gnanten unfer Cappittels medt eynen groten fulwer undt medt twen kleyne fulueren feten edder falsiren gebessert und ehm to frame gmeredt. Und lawen den gnanten Prior und gemeynen Capittels herren unfer Kerken Brandehorch dy twe scock grofschen jerlike rente ane ennigerleye hulperede, argelifth edder infall wol thu danke thu betalen und willichlich laten folgen, Und wen wy nha godes Willen van differ Welt werden scheiden, so seholen dy selwigen